

Tancredi (1190-1194)

*Arenga 156*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Tancredi (1190-1194)

*Arenga 156*

1191, Novembre 26

Cum omnis potestas

Cum omnis potestas a domino Deo sit, nos, qui ad fastigia regni eius misericordia nobis preparata conscendimus et regia feliciter potestate regnamus, ipsi non inmerito utpote nostre promotionis auctori et pietatis operibus et digna capimus semper assurgere, in quantum possumus, observantia meritorum. Ideoque constitutas per regnum nostrum sacrosanctas ecclesias et locca venerabilia sacris misteriis dedicata obtentu divinitas sub protectione nostri culminis duximus confovenda et eis ad quietatem simul et indemnitatem volumus favore regio benignius providere.